



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

D[omi]nica nona post trinitatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

**Decima nona post trinitatem.**

et bonitas. bonitas eius qd est ad finem ordinatum. et si hoc sit pculdubio actus exterior bonus erit. si autem alterum desierit erit voluntas mala et actus malus. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondet qd arbor est ex qua immediate procedit fructus. Unde arbori comparatur voluntas in euangelio. scilicet qd est eligens. qd ex electione immediate sequitur fructus. Vel ut dicit sanctus thomas in prima secunde. (q. xx. ar. ij. ad primum.) per alia verba. Voluntas bona prout significat per arborem bonam. est accipienda scilicet qd habet bonitatem. et ex actu voluto et ex fine intento. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ad bonitatem rei non solum exigitur bonitas finis ultimi. quam respicit voluntas intendens. sed etiam bonitas finis primi quem respicit voluntas eligens. et ideo non sequitur qd bonitas voluntatis intendens ad bonitatem actus sufficiat. ¶ Ad tertiam respondet sicut ad superiorem. non enim solum aliquis peccat qui vult malum finem. sed etiam qui vult malum actum.

ma. vtruz prelatus vel clericus dissipans bona ecclesie sit deponendus. ¶ Secundo. vtrum puenierent pecunie siue elemosine vtruz oreretur pro dante. ¶ Tertio. vtrum de illicitis acquisitis possit fieri elemosina.



**D** primas questionez sic peeditur. et videtur qd clericus siue prelatus dissipans bona ecclesie non sit ppter hoc deponendus. ¶ Pri-

mo sic. Matrimonium spirituale in quo prelatus est vir siue sponsus ecclesie sue. est nobiliter qd carnale vbi vir coniungit carnaliter vtruzri sue. sed in matrimonio carnali vir quis bonorum vtruzri sit dissipator. non remouet aut deponitur de matrimonio. ergo nec prelatus ppter hoc qd dissipauerit bona ecclesie venit deponendus. ¶ In oppositum arguitur ex presenti euangelio. arguendo a minori ad maius. qd dissipator bonorum temporalium non solum deponitur ab officio. multo magis est deponendus prelatus dissipator bonorum temporalium siue spiritualium. ¶ Rursus dicitur qd prelatus dissipator siue dilapidator bonorum ecclesie est deponendus ab ecclesia. ¶ Illud conclusio colligitur ex multis capitulis in decre. i. q. ij. c. vlti. et q. v. Diaconi. et. c. abbatibus. et



**D** domini ca nona enan geliu est. Domino quidam erat diues etc. Lu. xvj. Circa quod possunt disputari sequentes questionez. ¶ Pri-

res. q. iiii. c. ij. ¶ Ad rationē i op-  
positum rñdetur negādo psequē-  
tiaz. Et ratio est. qz nō est simile  
in hac parte de matrimonio car-  
nali et de matrimonio spūali pla-  
ti cū eccl'ia carnale enim est ma-  
gis fixū et iſepabile q̄ spūale sit.



**D**e secūda  
questionez sic  
procedit. Et  
videtur qz nō  
sit danda ele-  
mosina alicui  
vt oret p dāte

¶ Primo sic. symonia est studio-  
sa voluntas emendi vel venden-  
di aliquod spirituale vel spūali  
annexum. sed oratio est marime  
spiritualis. ergo dare elemosinā  
vt quis oret pro eo. videt symo-  
nia. eo qz dat temporale pro spi-  
rituali. sed symonia nullo modo  
est committenda. ergo elemosy-  
na non est danda alicui vt oretur  
pro eo. ¶ Secundo sic confir-  
mando. Qui illicit alium vt oret  
p pecunia dat spirituale p tem-  
porali. et omis talis est. symonia-  
cus. ergo etc. ¶ In opposituz est  
euangeliū presens. ¶ Rñdeo di-  
cendum. qz elemosyna licite pau-  
peribus datur aut bonis viris vt  
oretur pro dāte. quando illi qui  
dant elemosynas pauperibus vt  
orantium pro ipsis suffragia im-  
petrent nō eo tenore dāt quasi in-  
tendētes oratiōes emere. s; per  
gratuitā beneficētiā pauperum  
aios eoz puocāt ad hoc qz eis

gratis et ex caritate orent. ¶ Ad  
rōnes in oppositū. ¶ Ad primaz  
rñdet q̄vex est qz oratio spūalis  
est. vñ nullo modo dz sub precio  
poni. nec illi q̄ dant pecuniā pau-  
peribus vt pro eis orent. oratio  
nez emūt. s; vt dictū est aios pau-  
perū alliciunt ad orandū p se. et  
omnes faciunt sibi debitozes.  
¶ Ad scdam respondef. negādo  
consequentia. Et ratio est eadē.  
homo enim facit sibi amicos pau-  
peres dum subuenit eozū neces-  
sitatibus. pauperes enim xpi gra-  
ti sunt suis benefacientibus. Et  
ita p; qz beneficiū nō est sicut fi-  
nis motu. s; sicut aliqd iducēs  
et quonia principaliter hoc intē-  
dūt. ideo nō ppter hoc orāt fina-  
lit. et ideo oratio nō vedit s; ipe-  
tratur p accidēs. s. p acq̄sitionez  
amoris. Et sic de ista questione.



**D**e tertiā  
questionez sic  
procedit. (ij. ij.  
q. xxxij. ar. vi)  
Et videt qz de  
illicite acqui-  
sitis possit fie-  
ri elemosyna.

¶ Primo sic. ex p-  
senti euāgelio Facite vobis ami-  
cos de mammona iniquitatis. vbi  
glo. dicit. Iniquitas bene dispēsa-  
ta in iusticiā vertit. ergo videt qz  
licite de malis acquisitis possit  
elemosinā facere. ¶ Scdo sic. q̄  
est in extrema necessitate p̄stitu-  
tus omnib' modis subueniendū  
est. sed cōtingit aliquē q̄ nihil hz  
r iij

## Domínica nona post trinitatem.

nisi de iniuste acquisito aliquem  
in extrema necessitate videre. er-  
go debet elemosynam facere. er-  
go de male acquisito et detento  
potest elemosyna fieri. ¶ Tertio  
sic. De acquisito per meretriciū  
et per aleas et per symoniam que  
sunt turpia lucra potest elemosi-  
na fieri. ergo etc. ¶ In oppositū  
est illud augustini libro de vrbis  
dn̄i. De iusto labore facite ele-  
mosynas. Et infra. Nolite elemo-  
synas facere de fenore et vsuris.  
Et grego. Nō est cōputanda ele-  
mosyna si pauperibus dispensa-  
tur quod ex illicitis acquiritur.  
¶ Respondeo dicendum q̄ tri-  
pliciter potest esse aliquid acqui-  
situm illicite. Uno modo quādo  
id q̄d illicite ab alio acquiritur.  
nec potest ab eo retineri q̄ acqui-  
sivit. Sicut contingit in rapina  
et in furto et in vsuris. Et de tali-  
bus est conclusio. q̄ de talib⁹ nō  
potest fieri elemosyna. P̄z cōclu-  
sio. q̄ homo de talib⁹ tenet ad re-  
stitutionez. Alio modo est aliqd  
illicite acquisitum quod ille qui  
acquisiuit retinere nō potest. nec  
tamen debetur ei a quo acquisi-  
uit. quā contra iusticiā accepit  
et alter contra iusticiam dedit.  
Sicut cōtingit in symonia qua  
dans et recipiens contra iusticiā  
legis diuine agit. Et de tali est  
conclusio secunda. q̄ non debet  
restitui ei qui dedit. sed debet in  
elemosinam erogari. Et eadem  
ratio est in similib⁹. in quibus

scilicet datio et acceptio est con-  
tra legem dei. ¶ Tertio est ali-  
quid illicite acquisitum. nō quia  
dem q̄ ipsa acquisitio sit illicita  
sed quia id ex quo acquiritur est il-  
licitus. Sicut patet de eo quod  
mulier acquirit per meretriciū  
et hoc vocatur proprie loquēdo  
turpe lucrum. q̄ enim mulier me-  
retriciuz exerceat turpiter agit  
et contra legem dei. sed in eo q̄  
accipit non iniuste agit nec con-  
tra legem dei. Unde de tali tur-  
piter et illicite acquisito est ter-  
tia conclusio. q̄ retineri potest  
de eo elemosyna fieri. ¶ Ad ra-  
tiones in oppositum. ¶ Ad pri-  
mam respondetur. q̄ textus ille  
intelligitur de diuitiis per actū  
illicitus acquisitis. et tamē iuste  
possidentur. Vel aliter dicendū  
q̄ mammona iniquitatis dicitur  
tur diuitie et iam licite acquisi-  
te et possesse. tamen dicuntur ini-  
quitatis. quia frequenter ducit  
hominē in peccatū. ¶ Ad scđam  
rñdetur. negando psequentiā.  
Et ratio est. q̄ i casu extreme ne-  
cessitatis omnia sunt cōmunia.  
et ita non pudent sibi de alieno.  
¶ Ad terciā rñdet. q̄ de acquisi-  
to p meretricium iam dictū est.  
q̄ potest fieri elemosina. non au-  
tem fit deo sacrificium vel obla-  
tio ad altare. Tum ppter scanda-  
lum. tum ppter sanctorū reue-  
rentiam. Deo autē q̄d est acquisi-  
tum per symoniam iam dictum  
est q̄ dz erogari in pias causas.  
Circa illa vero q̄ p aleas acqui-

runtur videtur esse aliquid illi-  
 citum ex iure diuino. scz q̄ ali-  
 quis lucretur aliquid ab his qui  
 rem suam alienare. non possunt  
 sicut sunt minores et furiosi et hu-  
 iusmodi. et q̄ aliqui strahat aliū  
 ex cupiditate lucrandi ad ludū.  
 et q̄ fraudulēter ab eo lucretur.  
 Et in his casib⁹ tenet ad restitu-  
 tionem. et sic de eo nō potest ele-  
 mosynā facere. Aliqd̄ aut̄ videt̄  
 esse vlt̄erius illicitū ex iure posi-  
 tivo civili. qd̄ prohibet vniuersa-  
 liter tale lucrum. s̄z quia ius cini-  
 le nō obligat omnes s̄z eos solū  
 q̄ sunt his legib⁹ subiecti. et ite-  
 rum p̄ disuetudinē abrogari po-  
 test. ideo apud illos q̄ sunt huius  
 modi legib⁹ astricti. tenentur vni-  
 uersaliter ad restitutionē qui lu-  
 crantur. nisi forte p̄traria cōsue-  
 tudo p̄ualeat. aut nisi aliquis  
 lucrat⁹ sit ab eo qui trahit eū ad  
 ludū. In quo casu nō tenetur re-  
 stituere. qz̄ ille qui amittit nō est  
 dign⁹ recipere. nec potest licite  
 retinere tali iuri positivo duran-  
 te. Unde oportet de hoc elemo-  
 synam facere in hoc casu.



**I**n domini  
 ca. 1. est euan-  
 gelii. In illo  
 tēpore. Eū ap-  
 propinquaret  
 iesus 1c. Lu-  
 xix. Possunt  
 be disputari q̄stiones. ¶ Prima  
 vtruz per sacra scripturā potest  
 ostendi q̄ aduentus messie. i. xpi

in carnē aduenerit. ¶ Secdo vtruz  
 iudei tempus visitationis sue. i.  
 aduentus xpi cognouerūt. ¶ Ter-  
 tio. vtrū symoniaci tā vendētes  
 q̄ ementes spūalia p̄ temporali-  
 bus sint ab ecclesia expellendi.



**D** primas  
 questionez sic  
 p̄ceditur. Et  
 videtur q̄ nō  
 possit per scri-  
 pturas sanctā  
 ostendi q̄ ad-  
 uentus messie  
 i. christi i car-

nē aduenerit. ¶ Primo sic. ex il-  
 lo Esa. ij. vbi loquitur de tempo-  
 re aduentus christi. vbi dicitur.  
 Erit in nouissimis diebus prepa-  
 rat⁹ mons domini in vertice mū-  
 tium. et eleuabitur super omnes  
 colles. et fluuent ad eū omnes gē-  
 tes. Et sequitur. Constabunt gla-  
 dios suos in vomeres et sāceas  
 suas in falces. Non leuabit gēs  
 contra gētem gladium. nec erer-  
 cebuntur vltra ad belluz. Et his  
 arguit multipliciter. ¶ Primo  
 ex eo quod dicitur q̄ hoc erit in  
 nouissimis diebus. qz̄ iesus xps  
 non fuit in nouissimis diebus. qz̄  
 post natiuitatem eius et mortem  
 multa tempora fluxerunt. ergo  
 videtur q̄ ipse non fuerit vere  
 christus cuius aduentus promit-  
 titur in nouissimis dieb⁹. ¶ Se-  
 cūdo arguitur ex illo quod subdi-  
 tur. q̄ mons domini erit in verti-  
 ce montium. mons enim ille di-